



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Job propheta. Cap[itulum]. cxlviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

cōpede in cruce posito mediante se afflīxit: clauē cōpedis in flumē arthēsis protēxit hoc sibi signum proponens q̄ quādocunq; clauem resperire contingeret ab omnibus peccatis se absolutum cognosceret: post plures itaq; annos appropinquante die uocationis eius piscis capitur in cuius ventre clauis illa reperit: aīam tam sanctificatam designans et corporis dissolutionem instantē prenunciens. Que post dies modicos facta est. vii. idus mañ.

De sancto Job propheta. Cap. cclvii.



Job iustus

et p̄pheta domini licet de gentibus natus fuerit: q̄ tamen sanctissim⁹ extiterit nō solum in libro tobie. ij. cap. et Eze. xliij. et eius nois per totū scripto volumine expresse dicitur: sed etiam ab omnib⁹ doctoribus approbatur. Fuit

autem incola terre huius que est in finibus idus mee et arabie: vt dicit Hieronymus. Et erat ei Anna nomen. Jobab genuitq; filium sibi in regno successorem cui nomen enon. Erat quidam ipse filius sare de esau filius filius de matre ho hostra: ita vt sit quintus ab Abrahā nepos Esau: et regnauit in regione Edon rex magnus ac potens inter omnes orientales: et accepit uxorem arabissimā: genuitq; filios. vii. et tres filias. Fuitq; possessio eius locupletissima in ouibus et bobus asinis et camelis et possessionibus terrarum ac familia multa nimis. Et licet esset ex gentilibus patribus ortus ipse diuino spiritu reuelante: non solum ab idolatria abstīnit: sed in super sanctissime uite fuit. Nam erat vir ille rectus et simplex timens deum ac recondens a malo. Et cum filij eius in cōiuijs quorū rīde lasciuirent ipse post conuiuia domino pro filijs immolabat: vt sic que in commessationib⁹ per filios in deum commissā fuerant: ipse sacrificijs expiaret. Lūius sanctitas ore dei approbatur: dum in toto orbe non habere similitē perhibetur. **U**t autem eius patientia manifestior fieret: deus eum a diabolo tentari permisit: data ei primo in rebus: deinde in filijs: tertio in carne propria potestate. Demon autē accepta potestate a domino: primo in exterioribus eum percussit. Nam boues et asinos a sabeiis auferrit: oues ex aere misso igne combussit: camelos a chaldeis tolli procurauit: puerosq; ac familiam gladio hostili et igne consumpsit. Dein de ipm in prole inuasit. Nam filios omnes ac filias palatio super eos corruente vno impetu interfecit. Et cum in his omnibus iob patientem et in nullo commotum vidisset ad carnes eius persequendas accessit. **D**ixit enim ipm a planta pedis vsq; ad verticem vlcere vulne

rauit. Solamq; sibi uxorem in grauiorem afflictionem dimisit: quam et in eius cōtumelias incitauit. Et cum in his omnibus nō peccasset iob labijs suis: neq; stultum quid contra deum locutus esset. Nouissime tres amicos ei⁹ et reges singulos de loco suo ad eum destinauit: qui lites ad consolandum Job principali intentione venissent: ipsos tamē diabolica suggestionē longa verborum exacerbatione in ipsius odium et concrepationes prouocauit. Et cum ipos Job sapienti disputatione et patienti sermone superasset. Ad vltimū helim quēdam iuuenem arrogantem contra Job in acerba conuicia et grauissima improperia suscitauit. **U**tq; post multa flagella dominus seruum suum Job manifestissime comprobasset: et per septem annos: vt dicit beatus Hieronymus: ipsius patientiā dudum expertus in lucem produxisset: misertus ipsius ad statum illum felicitatem reduxit: omnemq; facultatem eius duplicauit. Filios quoque et filias totidem numero quos amisserat ei concessit: sed eos duplici virtute et elegantia prioribus decorauit. **V**ixit quoq; Job post flagella sua annis centū et quadraginta: et vidit filios suos et filiorū suorum vsq; ad quartam generationem. Et mortuus est senex plenus dierum: annorum videlicet centum et octuagintatrium. **N**am: vt tradit Hieronymus annorum triginta sex erat: quando a domino flagellatus est: et in ipsis flagellis annis septem permansit: post que: vt ex textu libri sui habetur annis centum et quadraginta superuixit. **S**cripsit ipse idē librum vite sue et sermonū suorum arabico sermone: vt Hieronymus ait. **Q**ui certe liber profusa incipit: metro labitur: pedestri sermone finitur. **N**am a principio vsq; ad locum illum vbi Job dicit. **P**ereat dies in qua natus sum. **S**tilo profaico inchoat. **I**nde vsq; circa finem: vbi dominus tres Job amicos redarguit: heroico metro prosequitur. **F**inem hō rhythmico colore concludit. **O**mnisq; legis dialerice: propositione: assumptione: confirmatione: conclusione: singula verba sua determinat. **N**am quatuor disputationū genera in ipso libro completur. **Q**uorum prima est dialerica: que procedit ex probabilibus. **E**t hec cōsistit inter iob et tres amicos eius: vbi conclusionem hanc tenet: et probat q̄ deus hominem iustum sine culpa flagellat: amici hō eius oppositam conclusionem affirmant: videlicet q̄ deus neminem sine culpa condemnat. **S**ecunda est sophistica: que procedit ex apparētibus. **E**t hec est inter Job et helim: **Q**uis Job non respondeat: qui quidem iuuenis presumptuosus et vaniloquus: conclusionem amicorum Job approbans sophisticē syllogizat. **T**ertia est tentatiua inter dominum et Job: qui eum de multis questionibus tentat et interrogat: vt declarat: et: q̄ nulla sapientia est apud deum comparata.

Liber

Quarta est demonstratiua: in qua pro ipso Iob dñs cōtra tres amicos eius questione diffinitio demonstrat. Et sic concluditur totus liber plenus mysterijs et maximis diuine fidei sacramentis. Quicquid autē sanctus Iob in pace et operta senectute sexto idus maij: vt Hieronymus in suo kalendario ponit. Sepultusq; ē in terra huius in finibus edon siue in dostra: vbi et sepulchrum eius cernitur vsq; in presens.

De sanctis Gordiano et Epimacho
martyribus. Cap. cxliij.



Gordiano mar

ty: rome passus ē sub Iuliano apostata imperatore. Qui Iulianus cum inter alios xpianus quendam senem presbyterum nomine Ianuarium tenuisset: dedit eum in custodia cuidam eius vicario Gordiano. Qui Ianuarium ad domum suam adducēs: dum ipsum ad sacrificia sermonibus hortaretur: Ianuarus Gordiano christus predicans eum conuertit: et statuam Iouis erectam apud se habebat in igne consumit: ac ipsum cum vxore marina et familia eius promissum seorsus numero quinquaginta tribus cum eorum domibus baptizauit. Quod cum Iulianus comperisset: Ianuarium presbyterum in exilium proscriptone damnauit. Vxorem vero Gordiani marinam ad aquas salinas manere precepit in seruitio rusticorum. Gordianum autē cuidam clementiano quem loco eius vicarium preceperat: puniendum tradidit. Qui clementianus Gordianus sibi catenis vincum presentari fecit: et in confessione christi persistentem: primo quidem dudum plumbaris cedi deinde capite truncari precepit. Cuius corpus canibus proiecitur: cum diebus septem mansisset intactum: tandem a familia sua rapitur: et cum beato Epimacho quem dudum ante predictus Iulianus occidit iusserat sepelitur via latina: miliario vno longe ab vrbe roma. Qui passus est circa annum domini tricentesimum et sexagesimum sexto idus maij.

De sanctis Calepodio presbytero
et socijs martyribus. Cap. cl.



Calepodius presby

ter: palmatus: simplicius: felix et blanda cum socijs eorum rome passi sunt sub alexandro imperatore. Tum enim palmatus consul de mandato imperatoris ad regionem trans tyberim accessisset vt calepodium presbyterum cum alijs christianis in domo quadam lateribus comprehenderet: decem milites qui domum intrauerunt. et ceteri sunt. Quod alex

Quartus

ander conspiciens iussit omnem populum pro liberatione militum deo mercurio immolare. Tunc vna ex virginibus paganorum arrepta a demone deum viuus et verum deum christianorum clamabat. Quod palmatus audiens conuersus abiit ad sanctum papam calixtum: et ab eo baptizatus et petiit: quem calixtus presente calepodio baptizauit: omnemq; eius familiam cum vxore et filijs numero quadraginta duobus vnda saluari perfudit. Qui palmatus exinde cepit facultates suas pauperibus erogare. Post dies plurimos Alexander hoc audiens fecit teneri palmatum eumq; examinatum et christus confitentem tradidit simplici senatori: quatenus ei persuaderet vt ad culturam deorum accederet. Tum autē simplicius ipsum plurimum honoraret: et palmatus omnia seculi blandimenta cōtempnens orationibus et ieiunijs insisteret. Quidam nomine felix venit ad palmatum deferens vxorem suam nomine blandam ab annis quattuor paralyticam: vt eam sanaret. Quam palmatus in cōspectu simplici et omnis eius familie fusa oratione sanauit: quo viso miraculo conuersus est simplicius senator cum omni domo sua: felix quoq; cum vxore sua blanda sanata effecta: ceperuntq; omnes baptismatis gratiam expeteret: vocatoq; sancto papa calixto cum beato calepodio: superuenientes ad domum simplici baptizauerunt eum cum tota eius familia: atq; felicem cum coniuge sua blanda. Quod cum alexander audisset: quia multitudo hominum per beatos calixtum et calepodium in christo credidisset: misit exercitum militum: et tenuit omnes qui baptismum perceperant: quos precepit capitalem subire sententiam: et per diuersas portas vrbis rome capita eorum suspēdi ad exemplum christianorum. Tenuit etiam calepodium quā gladio fecit occidi: et corpus eius in tyberim iactari ante insulas lycæontiam. Quod tandem a piscatoribus repertus et beato calixto pape presentatus ab eodem in suo cimiterio via apia sepultum est. Passi sunt autem sancti martyres sexto idus maij.

De sanctis Primo: Marco: Iasone et
Celtiano martyribus. Cap. cxli.



Primo: marcus:

Iason: et celtianus martyres tergesti in ciuitate passi sunt tempore Adriani imperatoris sub Arrasio preside. Qui primum presbyterum et marcum diaconum fustibus cedi iussit: et sub ventres eorum ignes accendi. Deinde sulphur solutum in ora eorum infudit. Et cum hec omnia supplicia sine vlla eorum lesione superassent: multumq; exinde conuersi fuissent Iasone et celtianum fustibus tam diu verberari mandauit: donec cessi spem emitteret. Deinde primum et marcum extra vrbis mentia decollari.